



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Sexta, & septima cum annotationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

Die sexta noctu: quomodo mortuus Dominus, sublatus de cruce & ad monumentum delatus est, pag. 177. Primo mane: ex quo sepultus fuit, pag. ea: donec Beata Virgo in domum aliquam se recepit.

Die septima: inter noctu & mane passionem totam reuoluemus. Postea repetitionum, & sensuum vice, per diem totum considerabimus, quã licebit frequentissime, quo pacto sanctissimum Iesu Christi corpus remanserit ab anima seiunctum: & vbinam, aut quomodo sepultum; itẽ quã fuerit beatæ Mariæ Matris solitudo, desolatio qualis, & quanta afflictio. Quã acerbus quoq; discipulorum mœror extiterit.

Subnotandum est: quod si cui libeat, meditãde Christi passioni, diutius instare, contemplationes singulas debet absoluerẽ cum paucioribus mysterijs: Ita vt prima, solum cõ-

prehendat cœnā: Secunda, lotionem pedū: Tertia, Eucharistiæ sanctæ institutionem: Quarta, sermonem ibi subsequutū: & sic in cæteris agendum.

AD hæc, traiecta tota passione, licebit, proximo post die iterare eius dimidium, atq; reliquum postridie: perendie rursus totam simul.

E contrario vero, si quis malit tempus succidere: contemplemur de cœna Domini per noctē: de orto, in aurora: de Annæ domo, circa Missam: sub vesperas de domo Cai-phæ: de prætorio Pilati, ante cœnam: & ita pergendo, per dies singulos, diuersa exercitia quinq; implebuntur: vt pote repetitionum, ac sensuum vsu prætermisso. Transcursa vero passione, operepretium fuerit, eandē simul totam, die vnico reuoluere, siue in vnum tantum exercitium congestam, siue distributam in plura, prout sibi fore conducibilius ille censuerit.

REGV.